



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

In Professione Sanctimonial.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

*Vestis
Religiosa.*

THESIS XI. *Induite novum hominem.* Ephes. 4. v. 24. *Habitus Religiosus est Vestis* I. *Salutis.* II. *Letitiæ.* III. *Gloriæ.* P. Schedelich, S. 7. *Incitamenta Religiosorum part. 4. Exhort. 29.*

Vocatio.

THESIS XII. *Domine, qui amas animas.* Sap. II. v. 27. *Et inter eas nunc has nunc illas eligis tibi cariores; Hodie elegisti tibi iterum unam, & quidem carissimam, utpote* I. *In Sponsam.* II. *Sororem.* III. *Amicam.* *Soror mea, Amica mea.* Cant. 5.



I N

PROFESSIONE SANCTIMONIALI

*Discrimen
Mundi &
Religionis.*

THESIS I. *Melior est dies una in atriis tuis super millia.* Pl. 83. v. 11. *Discrimina inter Mundi voluptates, & Religiosi Statûs Delicias capsis: I. Profanæ deliciæ sunt venenatæ, illæ salutare.* II. *Profanæ in-*

stables, & fugitivæ, hæ solidæ. III. Illarum saturitas fastidium parit, non harum. IV. Illæ effœminant, hæ roborant. V. Illæ circumscriptæ terminis, hæ absolutæ. Vide Mendoza in lib. Reg. Annot. I. Proœmiali sect. 3.

THESIS II. *Ecce Ancilla Domini, Bonum.*
Luc. 1. v. 38. I. Libertas serva.
II. Servitus libera in Religione. E-
contra Libertas nulla, Servitus tota in
Mundo.

THESIS III. *In omni opere tuo præ- Vita.*
cellens esto. Eccl. 33. v. 23. Servo-
rum Dei nullum Opus, nisi I. Bonum.
II. Nisi Perfectum. III. Nisi Maxi-
mum.

THESIS IV. *Certamen Amo- Amor*
ris Sancti & Profani. Vide supra Festo Dei.
Virg. thes. 6.

THESIS V. *Sponsabo te mihi in sponsalia*
sempiternum. Ose. 2. v. 19. I. Spon- *Divina.*
sus verus donat Cor suum Sponsæ. II.
Sponsus assignat dotem Sponsæ suæ.
III. Sponsus dat Liberos Sponsæ suæ:
Omne hoc præstat Sponsus Divinus a-
nimæ; cui in amorem præbet Cor, in
do-

dotem Cœlum, pro liberis innumeras Virtutes.

Laus. THESIS VI. *Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi JESUM Christum, & hunc crucifixum.* I. Cor. 2. v. 2. *Sanctimonialis sit oportet.* I. Crucifixi *Filia.* II. Crucifixi *Sponsa.* III. Crucifixi *Ancilla.*

THESIS VII. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Cant. 2. v. 16. *S. Magdalena de Pazzis precabatur Beatissimam Virginem, ut ad imitationem suam fieret Mater, Filia, Sponsa: Macet per conformitatem, juxta illud Christi: Qui facit voluntatem meam &c. Filia per amorem: juxta illud, Ego sum Deus Zelotes &c. Sponsa. Diotallevi Dom. SS. Trinit.*

THESIS VIII. *Erunt sicut Angeli Dei in caelo.* Matth. 22. v. 30. *Vita hæc character est Electorum; Arca Salutis; Beatæ spes æternitatis; Sponsio cœli; Beatitudinis Cynosura; testimonium Divini Amoris; Certissimum Prædestinationis signum; æternæ Veritatis Oraculo juratum.* In *Vita B. Stanislai.*

THE

THESIS IX. *Quæsi, quem diligit anima mea.* Cant. 3. v. 1. I. *Constan-*
lia.
 Inveni, quem diligit anima mea. II.
 Tenui eum. III. Nec dimittam.
 Cant. 3. v. 4. *Vide Confid. P. Crasset*
ser. 2. post Dom. in Albis.

THESIS X. *Sponsabo te mihi* *Sponsa vā*
in sempiternum. Ose. 2. v. 19. I. *via.*
 Sunt Pseudo - Sponsæ. II. Sunt Semi-
 Sponsæ. III. Sunt Veræ Sponsæ. Pri-
 mæ sunt, quæ tantum externam spe-
 ciem præferunt sponlæ, intrinsecus au-
 tem sunt mundanæ. *Quia es in secu-*
lo, in Domino non es. Aug. serm. 37. in
 Luc. Secundæ sunt, qui simul Deo &
 Mundo adhærere volunt, & ut S. Gre-
 gor. loquitur I. Moral. c. 6. *Qui habent*
aliquid seculi, & aliquid Dei. Tertiæ
 sunt, qui soli Deo adhærant. *Posthac*
ego ero totus tuus, & tu tota mea, dixit
 Christus ad S. Theresiam. Zeloty-
 pus, inquit S. Bern. in *Scala Claustr. S.*
Io. est iste Sponsus, si fortè alium a-
matorem receperis, statim recedet à te.

THESIS XI. *Reliquimus omnia.* *Mundus*
 Matth. 19. v. 27. I. *deserens*
 Oportet crea-
 turas & mundum relinquere cum gau-
 d. *dus.*
 T 4 dio.

dio. II. Debemus optare, ut relinquendo ea, ea etiam nos deserant. III. Oporteret de hac derelictione judicare ex abalienatione cordis, & affectus nostri ab omnibus his.

*Fuga
Mundi.*

THESIS XII. *Ecce nos reliquimus omnia.* Matth. 19. v. 27. I. Quando nos relinquimus creaturas, non debemus amplius earum recordari cum affectu. II. Neque desiderium habere eas possidendi. III. Neque Timere vel dolere earum jacturam.

Obligatio.

THESIS XIII. *Spectaculum facti sumus.* I. Cor. 4. v. 9. I. Christus à te desiderat, & vult, ut idem pro ipso præstes coram hominibus, quod ille vult facere pro te ante Patrem suum. II. Angeli te respiciunt, & petunt, ut te separet ab hominibus mundanis, quomodo illi se separant à malis Angelis, qui contra Deum agunt. III. Religiosi te aspiciunt, & intendunt, ut vitam absconditam cum ipsis agas, & eorum frater, soror &c. fias.

Felicitas.

THESIS XIV. *Beati servitui, qui stant coram te semper.* 3. Reg. 10. v. 8. Religiosi beati I. Ante mortem. II. In morte. III. Post mortem. *Dirckinck Exhort. fol. 314. item 308.*

F I N I S.